



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite  
Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Ad eundem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

Magnificentę tūc optimo iure dedico, quaten⁹, te veluti ducē  
Impatoreq; exercitus, reliqua Tyronū turma, & gregarius  
quicq; miles, veram Christianae militiae disciplinā auspcentur,  
tibiq; ac parenti tuo nobilissimo acceptū referant, si quid me⁹  
in hoc labor aut industria illis profuerit. Tuā humanitatis erit  
& Erasmū comiter admittere, & ad præcepta ipsius animum  
intendere. Ita enim Christo, cui te semel dedisti, vehementer  
placebis, fœliciter Vale ex arce tua Honsteyn, pridie Kalen⁹  
Septēbris. Anno eiusdem Millesimo quingentesimo decimo  
quinto.

¶ Ad eundem.

Sēpe tuas volui numeris includere laudes.  
Nec numeros patitur, nec tua fama modū  
Nam genus ut taceam, titulis in signe Baronū,  
Vt sint maiorum fortia facta nihil,  
Vt taceā patrijs plenū virtutibus orbem,  
Tecq; tuo ipsius metias ingenio,  
Ipse bonas artes doctus, Sacramq; Mineruā.  
Idem tergeminō doctus es aeloquio,  
E quibus Aufoniæ maior tibi gratia linguaæ,  
Plurima dicendi copia, mixta sale,  
Nec probitas gemina deest, pietasq; decorum,  
Vtq; uno referam carmine cuncta breui.  
Filius ut sapiens, honor es, patris sapientis,  
Ore refers Iuuenem, more animoq; senem,  
τελος

¶ Ade eundem.

Sunt quibus est celsi studiū, & pius ardor olympi,  
Sed velut amusis non sapit iste liber,  
Sunt quibus est locuples rerum doctrina; sed illis  
Tancq; indeutotis non sapit iste liber,  
At tibi patrono pariter doctoq; pioq;  
Dispercam, si non mel sapit iste liber,  
τελος

A ij